PRÆSIDE. TRIUNO.

DE.

DIVISIONE. RERUM. COMMUNIUM.

DISSERTATIONUM. PRIMAM.

PRÆLIMINARIA. DIVISIONIS. EXPONENTEM.

JUSSU. SUPERIORUM.

PRO.

LICENTIA. DOCTORALI.

UTRIUSQUE. JURIS.

PUBLICO. ERUDITORUM. EXAMINI.

AD. D. XVI. FEBRUAR.

SUBMITTIT.

CHRISTOPHORUS. SCHREITER.
VVURCENSIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIPSIÆ
LITERIS. JOHANNIS GEORGI.
ANNO. M. DC. LXXXIIX.

Google

negligens aut improbus ſolus ferre tenetur. *l. 16. §. 4. & 5. l. 17. ff. Fam. Erciſc. l. 8. §. 2. l. 10. ff. Comm. div. l. 34. ff. Pro Soc. l. 23. ff. de R. J.* Huc referri debet; Si Socius rem Communem celandi animo ſuppreſſerit *l. 3. l. 19. C. Fam. Erciſc. l. 45. & ſeq. ff. Pro Soc.* Si rem communem fecerit deteriorem, ſervum forte vulnerando, aut animum ejus corrumpendo; ſi arbores ex fundo exciderit. *l. 8. §. 2. ff. Comm. div.* Si prohibuerit Socium parietem communem reficere, aut in eum immittere *l. 12. ff. Comm. div. l. 52. §. 13. ff. pro Soc.* Si invito Socio in re communi quid fecerit, & forte mortuum in fundum communem intulerit *l. 28. ff. Comm. div. l. 25. ff. de S. P. U. l. 39 ff. Pro Soc. l. 6. §. 6. ff. Comm. div.* Si ſervitutes debitas non utendo amiſerit *l. 25. §. 18. ff. Fam. Erciſc.* Si rationes hæreditarias deleverit *l. 16. §. 5. ff. Fam. Erciſc.* Si intempeſtive ſocietati fuerit renunciatum *l. 65. §. 5. ff. Pro Soc.* Nec ad Socii factum proprium unice hæc præſtatio reſtringenda; qvin æquale non nunquam obligationis vinculum nectitur & ex alterius perſonæ facto damnoſo ut procuratoris, inſtitoris, ſervi, quem ſociorum alter propria autoritate rebus communibus applicuit. *l. 45. §. 1. ff. Fam. Erciſc. l. 23. ff. pro Soc.* §. 67,

Quod ſi vero à præſtationibus ex hoc capite petitis ſe liberare annititur ſocius reus; allegat aut liberum à dolo animum *l. 51. ff. Pro Soc.* aut caſum & infortunium prætendit, quod communi onere ferendum *l. 52. §. 3. & 4. ff. pro ſoc. l. 26. ff. Com. div.* Culpam ſi agnoſcere cogitur ad acceſſiones & commoda, qvæ ſuæ ſingulari induſtriæ res communes debent, provocare atque compenſationis cujusdam exceptione ſe tueri poſſet, Pomponii ſuffragium ſi ſufficeret; neque illud Ulpiani autoritate infirmaretur in *l. 23. §. 1. ff. Pro Soc.* Felicius ergo ſe expediet; qvando culpam extenuat, & leviſſimam eſſe demonſtrat; aut probat eam ſemet adhibuiſſe diligentiam, quam ſuis rebus adhibere ſolitus *§. f. Inſt. de ſociet. l. 72. ff. pro ſoc.* Qvin damnum ipſum negare poterit; ſi tale quid fecerit ſocius; quod ſibi pro-

deſt; alteri vero non nocet; prodeſſe enim ſibi unusquisque dum alii non nocet, non prohibetur; nec qvisqvam hoc nomine tenetur. *l. 1. §. 11. ff. de acq. & aqv. pluv. arc. l. 13. §. 1. ff. de S. P. U.* Circa damnum denique ex renunciatione ſocietatis petitum probe diſtingvet; utrum vere ſocietatis interſit; an vero ſocii tantum *l. 65. §. 5. ff. pro ſoc.*

§. 68. 2. Succedunt *præſtationes* prioribus quadantenus contrariæ, *ex quibus ſocius tantum pro parte eſt obligatus*; ut ſcilicet præſtet damnum quod fortunæ iniuria ſociorum alter perpeſſus eſt *d. l. 52. §. 4. ff. pro ſoc. l. 26. ff. Com. div.* ut reſtituantur ſumtus, qui circa adminiſtrationem rerum Communium ſunt impenſi; imo & uſuræ ſubinde *l. 18. §. 3. ff. Fam. Erciſc.* nec refert utrum res, in quas impenſæ factæ ſunt, extent; an interierint; *l. 11. l. 25. ff. Com. div.* ut æs alienum pro parte agnoscat, ſi obligatio nude contracta *l. 27. l. 60. §. 1. & l. 61. ff. pro ſoc. l. 26. ff. Com. div.* accedunt denique illæ præſtationes, quæ vi conventionis mutuæ *l. 3. §. 1. ff. Com. div.* aut ex diſpoſitione alterius neceſſario debentur, ut ſi hæres ſtatuam, qvam cum cohærede ponere à teſtatore iuſſus eſt, ponere ceſſet, & alter ſolus opus perficiat *l. 44. §. f. ff. Fam. Erciſc.*

Adverſus has præſtationes contraria qvoqve argumenta movet reus. Forte negat maxime, ſi bonorum omnium Socius non eſt, intuitu communionis ſocietatisve hoc damnum alteri obveniſſe; aut pecuniam in rem communem verſam fuiſſe *l. 82. ff. pro Soc.* negat nomine communi negotium fuiſſe ſuſceptum;
§. 69. ſed ut ſolus lucretur. *l. 6. §. 2. ff. Com. div.* vel culpam, & dolum actoris notat, quod alea aut ob maleficium pecuniam perdiderit. *l. 52. §. f. l. 59. §. f. ff. pro Soc.*

3. *Poſtremæ Præſtationum ſpecies* concernunt communicationem bonorum perceptorum; fructuum, & qvicqvid lucri, vel quæſtus ſocius alter ſolus retinuit, quod ex natura Communionis ſocietatisve conferendum. Refertur huc theſaurus à teſtatore

pretium huc ſpectat ex re communi vendita redactum *l. 44. §. 2. ff. eod.*

Priora poſtulata ſocius reus tum demum infringet; ſi probat bona aut fructus ante communionem initam ſe percepiſſe *l. 4. §. 3. Comm. div.* qvæſtum non ex ſocietate, ſed propter Societatem ſibi obveniſſe *l. 60. §. 1. ff. pro Soc.* Mitto, qvæ ulterius his ſimiles exceptiones moveri poſſent; ſiquidem naturali ſua facilitate ſemet ſponte produnt.

Quod vero Judicis, aut Arbitri officium ſit circa has præſtationes quoad abſolutiones & condemnationes faciendas ad ſubſequentis diſſertationis caput ſpectat. Et hos Præliminaribus limites pono; ſi pro præſtito auxilio nuncupavero prius §. 70.

DEO TRIUNI LAUDES IMMORTALES.

VIRORUM.

TRIGÆ. VENERABILI.

DN. CHRISTOPHORO. DANIELI.

SCHREITERO.

SS. THEOL. DOCTORI. ECCLESIÆ.
VVURZENSIS. PASTORI. VICINARUMQ;.
SUPERINTENDENTI. ET. CONSISTORII.
EPISCOPALIS. ASSESSORI.

DN. JOHANNI. HENRICO.

BERGERO.

J. U. D. IN. ALMA. LEUCOREA. P. P. CURIÆ.
ELECTORALIS. SCABINATUS. FACVLTATIS.
JVRID. ET. JVDICII. DVCALIS. INFE-
RIORIS. LVSATIÆ. ASSESSORI,

DN. CHRISTOPHORO. GEORGIO.

SCHüZIO.

IN. INCLVTA. LIPSIENSIVM. REPVBLICA.
ÆDILITIÆ. DIGNITATIS. SENATORI.
TEMPLI. AC. SCHOLÆ. AD. D.
NICOLAI. ANTISTITI.

PATRI. PRÆCEPTORI. HOSPITI.

OPTIMO. FIDELISSIMO. HONORATISSIMO.

SPECIMEN. HOC. INAUGURALE.
PIETATIS. ARAM.
OBSERVANTIÆ. ARRHAM.
GRATITVDINIS. TESSERAM.
ATQVE. ADEO.
MONIMENTVM. OFFICIORVM; PERENNE.
EXTARE. VOLO.
QVOD.
CUM. VOTO. ABSOLVTÆ, FELICITATIS.
EO. QVO. PAR. EST. CVLTV.
SOLENNITER. DEDICO.

FILIVS. AVDITOR. HOSPES.
LEGE. IMMORTALI.
OBSTRICTISSIMUS.

CHRISTOPHORUS. SCHREITER.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE